GREGORIUS DE SCLAVONIA. LEGENDAE SANCTORUM. MELLICENSIA. CALENDARIUM
Melk, 1460 und um 1460 Seite 70r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41510
Copyright: Melk, Benediktinerstift



transfixi ad ignem vrebant. alij metallis liquescentib⁹
decrutabant. Sup quos tn omis demones transcurren-
tes flagris cedebant Omnia tormentorum genera que ex-
cogitari possunt ibidem visa sunt Ibi eciam vidit
quosdam de suis quondam socijs. et eos bn agnouit
Eiulatus et clamores miserorum quos audiuit
nulla lingua dicere sufficit Campus ille sicut et
alij plenus erat non solum cruciatibus hominum sed eciam
cruciatibus demonum Cumque vellent demones ibi
torquere militem inuocato nomine domini nostri ihu xpi ille-
sus discessit Cumque transissent inde apparuit ante
eos roy rota ignea mire magnitudinis. cuius radij
et canti vncis igneis erant vndique pleni. in quibus
omnibus pendebant homines fixi Medietas huius ro-
te stabat sursum in aere. alia medietas mergebat
in terram deorsum. flamma vero incendij et sulphurei sur- alterius
gebat de terra circa rotam et torrebat miserrime in
ipsa rota pendentes Ibi demones ad militem dixerunt
Tormenta que isti sustinent tu quoque sustinebis nisi reuerti
volueris Cumque iactassent demones militem sup ro-
tam et rotando leuassent in aerem. inuocato
xpi nomine descendit illesus Procedentes inde cum mili-
te demones traxerunt eum versus vnam domum hor-
ribiliter fumigantem. cuius latitudo nimia fuit. lon-
gitudo eciam erat tanta ut finis illius videri non posset
Cum autem adhuc longius essent pre nimio calore
qui inde veniebat substitit miles timens procedere